



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

Quòd parentes filios suos erudere atque castigare debeant. Nisi enim hoc fecerint, in scelerum eorum partem venturos esse. cap. xl.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

asperat matrē! Ne glorieris in ignominia patris tui! Gloria enim hominis ex F
honore patris sui est.

Josephi. Miserrimum est pro vberē atque copiosa segete spinas proferre, & pro lata spe mœstitiā
Esa. 5. procreare, hoc est pro gloria & honore contumeliā & infamiā parentibus rependere,
ac vocem hanc Prophetæ sibi asciscere, Expectavi vt vinea mea faceret vinas: & fecit
labruscas.

Quod parentes filios suos erudire atque castigare debeant. Nisi enim hoc
fecerint, in scelerum eorum partem venturos esse.

CAP. XL.

1. Reg. 20.



ELI erat senex valde: & audiuit omnia quæ faciebant filij
sui vniuerso Israëli: & quomodo dormiebant cum mulieri-
bus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi: & non castiga-
bat eos. Et dixit Dominus: Loquens locutus sum, vt domus
tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque
in sempiternum. Nunc autem absit hoc. Neque enim egre-
diatur iniquitas domus Heli in suffitu & sacrificiis æternis.

Pro. 13.

22.

Castiga filiū: & refocillabit te, & dabit ornamentū animæ tuæ. Qui parit
virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illū, instanter erudit. Noli subtrahe- H
re à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur. tu virga per-
cuties eum: & animam eius de inferno liberabis. Plagæ & reprehensio dant sa-
pientiam. Rectè educat pater iustus castigans: & in sapiente filio delectatur ani-
ma illius. Castiga filium tuum: sic enim bonæ spei erit.

Ecli. 7.

30.

Filij tibi sunt: erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Flagra & disciplina,
in omni tempore sapientia. Erudi filium tuū, & operare in eo: ne in ipsius tur-
pitudine offendas. Qui diligit filiū suum, assiduatur illi flagella. Qui docet filium
suum, in zelum mittit inimicum, & in medio anticorum gloriabitur in illo. E-
quus indomitus euadit durus: & filius remissus euadit præceps. Lacta filium, &
pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te. Non des illi potestatem in iu- I
uentute: tunde latera eius dum infans est.

Eph. 6.

Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in di-
sciplina & correptione Domini.

Na. 7.

Incerti.

Nili.

Cum filiis indulgenter agere, paterna lex est.
Ridiculorum hominum est, filios suos negligere, atque alienos castigare aggredi.
Ne filio permittas cum stultis & insolentibus iuuenibus quotidianam consuetudinem
habere, atque cum ijs coire & cibum sumere: ne alioqui ad extremum ob ipsius exitium
& infamiā ingenti animi dolore afficiaris, atque inimicorum sannis pateas. Siquidem fi-
liorum labes & flagitia parentibus ascribi consueverunt.

De Dei tentatione: & quod Deum tentare non oporteat.

CAP. XLI.

Deut. 6.

Esa. 7.

1. Cor. 10.



NON tentabis Dominum Deum tuum.

Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens, Pete tibi signum à
Domino Deo tuo, in profundum inferni, siue in excelsum supra.
Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum.

Ne tentemus Dominum, sicut quidam ipsorum tentauerunt, &
à serpentibus perierunt.

De